



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pauli Segneri Societatis Jesu Brevis Vitæ Historia  
cum ejusdem Concordia Quietis & Laboris in Oratione,  
Expositione in Psalmum Miserere, Considerationibus de  
Inferno, Expositione Cantici ...**

**Massei, Giuseppe**

**AUGUSTÆ Vindel. & DILINGÆ, 1707**

**VD18 12383155**

Protestatio Authoris & Interpretis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47773](#)

## Protestatio Authoris & Interpretis.

**L**Etor adverte in supradicta Vita P. Pauli Segneri nonnulla attingi, quæ eidem sanctitatem videantur adscribere; aliquibus gestis enarratis, quæ cùm vires humanas superent, miracula videri possunt, præfigia futurorum, arcanorum manifestationes, revelationes, illustrationes, & siqua sunt alia ejusmodi sive de eodem Patre Paulo, sive de aliis. Verum hæc omnia ita nostris Lectoribus proponimus, ut nolimus ab illis accipi tanquam ab Apostolica Sede examinata, atque approbata, sed tanquam quæ à sola suorum Authorum fide pondus obtineant, atque adeò non aliter, quam humanam historiam. Proinde Apostolicum Sacræ Congregationis S. R. & universalis Inquisitionis Decretum Anno 1625. editum, & Anno 1634. confirmatum, integrè atque inviolatè juxta Declarationem ejusdem Decreti à Sanctissimo D. N. Urbano Papa VIII. Anno 1631. factam servari à nobis omnes intelligent, nec velle nos vel cultum, aut venerationem aliquam per has nostras narrationes ulli arrogare, vel famam, & opinionem Sanctita-

Etitatis , aut Martyrij inducere , seu augere , nec quidquam ejus existimationi adjungere , nullumque gradum facere ad futuram aliquando ullius Beatificationem , vel Canonizationem , vel miraculi comprobationem , sed omnia à nobis in eo statu relinqu , quem seclusa hac nostra lucubratione obtinerent , non obstante quocunque longissimi temporis cursu . Hoc tam sancte profitemur , quam decet eos , qui Sanctæ Sedis Apostolicæ obedientissimi haberi filij cupiunt , & ab ea in omni sua scriptione , & actione dirigi .

*Imprimatur , si videbitur Reverendiss. P. M. Sac. Pat-  
latij Apostolici.*

**Dominicus Episc. Verulanus Vicesgerens.**

*Potest extra Urbem imprimi servatis servandis.*

**Fr. Paulinus Bernardinus Ord. Præd. S. A. P. Mag. &c.**



**Con-**